



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilium Cabilonense In Ecclesia Sancti Marcelli martyris in suburbio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

18 IOANNES C. CABILONENSE. CONRADVS I. IMPERATOR.  
P.X. CAROLVS SIMPLEX R. FR.  
exigere ab antiquo , nisi forte alicui ex iusta causa  
ab episcopo suo permittatur.

XIII.

Statuimus quod clerici ribaldi, maxime qui vulgo dicuntur de familia Goliæ , pér episcopos , archidiaconos , officiales , & decanos Christianitatis tonderi præcipiantur , vel etiam radi , ita quod eis non remaneat tonsura clericalis , ita tamen quod sine periculo & scandalo ista fiant.

XIV.

Item antiquum statutum Concilii prouincialis rursus renouantes præcipimus , quod quando aliqua terra propter delictum domini terræ vel balliuorum supposita fuit interdicto, nullatenus relaxetur, donec ad arbitrium & moderamen relaxantis presbyteris parochialibus de damnis & de perditis interdicti occasione illatis plane fuerit satisfactum, vel de satisfaciendo cautum.

CONCILIVM CABILONENSE

IN ECCLESIA SANCTI MARCELLI

ANNO  
CHRISTI  
915.

martyris in suburbio.

**I**N hac Synodo , ut rerum Burgundicarum scriptores narrant, Roculfus comes Matisconensis , cum res ecclesiæ illius peruersisset, intentatæ , ni pareret , excommunicationis metu , ablata restituere coactus est. Adfuisse autem Synodo narrant Austerium archiepiscopum Lugdunensem , Leoninum item Vesontionensem , & Agium Narbonensem , Ardradum Cabilonensem , Elisacharem Bellicensem , & Odelardum Maurianensem episcopos .